uirtus illic epī praecedentis publice comprobata est adunatio sequentis
fraternitatis ostensa est dum apud uos unus animus & una uox est ecclesia
omnis romana confessa est. Claruit frater carissime fides quam de uobis
beatus apostolus praedicauit hanc laudem uirtutis & roboris firmitatem.
tunc in spiritu prouidebat & praeconio futurorum merita uestra contestans.
dum parentes laudat filios prouocabat. Dum sic unanimes dum fortis estis
magna & ceteris fratribus unanimitatis & fortitudinis exempla tribuistis
docuistis graniis blandiatur. cum constet sic occisi eiusmodi extra ecclesiam
fuerint fidei coronam non esse sed poenam potius esse perfidiae nec in do
mo dī inter unanimes habitaturos esse. quos uidemus de pacifica & diuina
domo furore discordiae recessisse. hortamur plane quantum possumus fra
ter carissime pro caritate mutua qua nobis inuicem coheremus. ut quō pro
uidentia dnī monentis instruimur & diuinae misericordiae consiliis salubribus
admonemur. adpropinquare iam certaminis & agonis nostri diem ieiuniis
uigiliis orationibus insistere. cum omni plebe non desinamus incumbamus gemi
tibus adsiduis & depraecationibus crebris. haec sunt enim nobis arma caelestia
quae stare & perserare [ue] fortiter faciunt. haec sunt munimenta spiritalia
& tela diuina quae protegunt memores nostri inuicem simus concordes atq;
unanimes. utrubique pro nobis semper oremus pressuras & angustias mutua
caritate reuelemus [le]. & si quis istinc nostrum prior diuinae dignationis cele
ritate praecesserit. perseueret apud dnī nostra dilectio pro fratribus & soro
ribus nostris. apud misericordiam patris non cesset oratio. AD CORNELIUM
DE CONFESSIONE EIUS EXPLICAT.

INCIPIT AD MARTYRAS ET CONFESSORES IN METALLO CONSTITUTIS

Cyprianus nemesiano felici lucio alteri felici littaeo poliano uictori ia deri
dattiuo coepiscopis item conpresbyteris & diaconibus & ceteris fratribus
in metallo constitutis martyribus dī patris omnipotentis & ihū xpi dnī nostri
& dī consaluatoris nostri aeternam salutem. Gloria quidem uestra posce
bat beatissimi ac dilectissimi fratres ut ad conspectum atq; ad conplexum

62v

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

Österreichische Nationalbibliothek

HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0132